

M A G N E S  
A M O R I S D I V I N I


84

Gymnasio Socatis Jesu Scapusii  
Illustrissimo ac Excellentiss. Comiti, ac Dno Dno

PAVLO PALFY  
ab E R D o D,

Regni Hungariæ PALATINO, ac per  
Hungariam Locumtenenti, Cum-  
norum Judici, Arcis Posoniensis Su-  
premo Capitaneo, & Comitatūs e-  
iusdem Supremo Comiti, Sacrae C. Rq; Māttis  
Intimo Consiliario, &c. Dno Dno Fau-  
tori & Patrono gratosissi-  
mo, dedicatus;

Nec non ab Ejusdem Societatis Jesu Gymna-  
sij Illustrissima, Prænobili, & Ingenua Juven-  
tute Scenicè propositus, cùm primò Facultatem  
Rheticam Humanitati adjecisset  
Scapusij.



---

Anno Christi, 1650.

## PROLOQUIUM.

**N**on tam torquata illa in Cervo Gallorum insignia,  
quam Regias gentiliorum tuoru notas, tibi PRO-  
REX Excellentissime dedicare placuisset, nisi Ma-  
GNETI AMORIS DIVINI Paulina illa Tua  
Charitas jam olim subscriptisset. MAGNETEM itaq; Palatine,  
idemq; Prorex Excellentissime, à Capitulo Tuō, MAGNETEM à  
JESU Societate, à Gymnasio deniq; Scepusij, sub auspiciis Tuis  
erecto, novis in dies favoribus succrescente, & Te triumphante  
feliciter triumphaturo, Amoris MAGNETEM suscipe. Et verò,  
quid aliud Tua Tibi Anno Quinquagesimo, Sancto, Jubilæo,  
pro xenio dedicare poterat Societas, quam quod & Quinqua-  
gesimus, & Sanctus, & Jubilæus Annus promittebat? Ma-  
GNETEM AMORIS suscipe, quia de Amoris incendiis oblatum;  
neg, mirare adeò Scepsum MAGNETES producere; totū quip-  
pe Scepsum MAGNES est, Carpatus totus MAGNETICUS.  
Addubitas etiam PROREX Excellē? ejusdē non jam inter a-  
stra sublimius habitatē contemplare verticem, sed Tui sese ad  
nutus Sceptri quaqua versum sinuante, ad quemvis verò PAU-  
LINI flexū ensis obsequiosè succendentē, illustrius, intuere. Quid  
ita? in Te, in MAGNETEM, in Naturam ipsam ordinatissimam  
rerum Parentē peccasse hodie reprehendor, quando & Magne-  
tem virtute Tuā attrahi, & ferro Te favor noster, ferro MA-  
GNES Amoris accinctum insimulavit. neg, tamen verbū revo-  
co, sed quod jam pridem dicere erat animus, aliquando effabor.  
Quis enim si apud te MAGNETEM AMORIS DIVINI requi-  
rat, non eum in sinu Tuō repositū inveniat? quis si in manu PAU-  
LI ferrum desideret, illud in dextera tua, & strictum qui-  
dem pro Patria, & Majorum Tuoru Religione, non deprehen-  
dat? Ferreus sim, nisi ferro indemnitatē Patriæ, nisi ferreò ar-  
matus clypeo cū Religione MAGNETEM nostrum propugnas.

Testantur id, vel me tacente. Illustrissimorum Majorum Tuorum  
gesta illustria, & Tua ipsis (cum propriis abundes insignibus) to-  
ti laudata Ungaria facinora loquuntur; ut licet omnes id ipsum  
temere pernegrare prasumerent, Augustissima certe illa Ro-  
MANI orbis IMPERATORUM nomina FERDINANDI testa-  
rentur; quorum & Victrices, & Pacifica caelo Aquila, illud unum  
protensis Imperatoria armis Justitia ostentant, & verò, si loqui  
noscent, etiam proclamarent, EXCELLENTISSIMAM ILLUSTRISSE-  
MORUM PALFIORUM FAMILIAM NUNQUAM AUT REGNO, AUT ROMANO  
IMPERIO INFIDELEM EXITISSE. Audite Pannones, etiamnum Im-  
peratoria sine nota suspicionis PALFIANAM fidelitatem depre-  
dicant Aquila, audite; & si Patriam vestram, si Imperium, si Re-  
ligionem ipsam, seu contra Lunā Othomanicam, seu contra quos-  
vis Pannonicī Orbis populatores, Corona vestra Custodes acerri-  
mi, libertatis defensores invictissimi, Regibus & Romano Im-  
perio fidelissimi; verbo, si Patres Patriæ apud vestros, domi,  
forisq; vestri non immemores olim & nominis, & gloriae, audire  
peroptatis, PALFIANAM cum orthodoxa RELIGIONE jurata  
fidelitatem, cum sincera, & intamina fidelitate, velut ma-  
gnetico AMORIS Divini nexus maritata Majorum vestrorū  
Religionem imitamini, nī à P. trigeminō, hoc est, Pauli Palfi,  
Pannoniæ Palatini, Patriæq; Patris glorioſissima & Fideli-  
tatis, & Religionis nunquam fallente semita, turpius exerra-  
re velitis. Tu verò Prorex Excellentissime, cui ut dixi, totus se-  
ſe ad vota flectit, & sternit Carpatus, cui palatino favore, non  
jam Romanum illud caca gentilitatis, sed vera Religionis, in Col-  
le Scēpusio Societatis Tuae consurgit Capitolium, ejusdem de-  
sanctiore PETRA, AMORIS DIVINI prognati dignare MA-  
GNETEM. Quanquam orare non debueram, MAGNETEM ve-  
rò AMORIS Divini, nunquā aut à Tua, aut Illustrissimorū Ma-  
jorum Tuorum Domo exclusum, adorare potius debuissem. Ita-

PROREX Excellentissime, facile magneti nostro pandis adi-  
tum, dum eidem & Palatum Tuum amplius exaperis, & è Ca-  
pitolio, proximū ad Palatinum fuisse transītū non ignoras;  
imò verò MAGNETEM hunc, uti Tuum, agnoscis etiam, quia è  
Romana, quam adeò PAULUS tuus defendebat, excissum Petra,  
non addubitas. Dicam apertius, & quod sub obscuris verborum  
longius, molestiusq; involucris pallio, ut videatur clarius enun-  
ciabo. MAGNETEM ego TIBI, quia & ipse MAGNES es AMO-  
RIS maximi, cum corā non possim, absens dedico. Verum enim  
verò, adeōne Societatis penitere piget Genium, aut adeō melio-  
ris Philosophia sum ignarus, ut simile non agere insimile Ma-  
gnetem à Magnete non attrabi adhuc dubite? Ut ut sit, hic mea  
se Prorex Excellentissime suo in robore, Magnete verò Tuо pe-  
nitus frangit, & enervat Philosophia; dūm tamē MAGNETEM  
nostrum, non Arabum Hæmatitem quempiam, sed AMORIS  
MAGNETEM DIVINI palam assero, Te verò verissimum RO-  
MANÆ PETRÆ MAGNETEM, admirabundus, suspicio, novā  
velut animatus vitā à proposito non desisto. Quis enim à meo me  
proposito deterreat, quis meū ad te velocissimo cursu rapi MA-  
GNETEM addubitet, quando cū patria nostra MAGNAS esses  
hoc in orbe illūstrior, MAGNETIS etiam vel ex eo Tibi nomen  
comparasti, quod totius Regni Procerum, volā plenā jactos cal-  
culos ut PATRIÆ PATER, & PROREX fieres, virtute Tibi  
innata, magneticā, attraxisti.

Vivite nunc sub hoc AMORIS MAGNĒTĒ PROCERĒS. Apostolicū Re-  
gnū vive Ungariā, & quod sequaci pede MAGNETI, quia PALEIANO,  
AMORIS etiā DIVINI laudabiliter adhesisti, ejusdē de cetero etiam pre-  
mēs vestigia, ad ROMANAE usq; inconcussā PETRÆ verticē, passū imper-  
territio subsequere, ut aliquando quo EXCELLMI PROREGIS nostri Illūstr:  
PALEIORUM gloriatur FAMILIA, eodē in Proceribus Tuis titulo possum glo-  
riari. NUNQUAM EXILLUSTRESSIMĀ EXCELLENTISSIMI PANNONIAE  
PROREGIS PAULI PILI FAMILIA Fuisse ALIQUEM, QUI ALIUM,  
QUAM ROMANAE PETRÆ AMORIS DIVINI MAGNETEM ADORASSET.

PROLOGUS.

**D**um varia Anni Quinquagesimi III<sup>ma</sup> Domui Csákiánæ Reverendissimo Præsuli, cæterisq; Janus Auditorib<sup>z</sup> elatgitur auspicia, Excellentissimo Proregi, pernicibus novi in Scepusio Mércurij alis MAGNETEM AMORIS DIVINI committit deferendum.

*Actus I. Scena 1. 2. 3. &c 4.*

**D**ivina è cælis in terras delapsa Sapientia sub Pastoris cuiuspiam nomine, qui primus in Ida monte Magnetem invenisse creditur Verè Pastor bonus à cæteris montanorum suorū accolis, Magnetū nomine donatur; dumq; suorum inter applausus trium phat solennius, non sine magna admiratione omnium, ab humani durissimo corde magnete, ferreus olim Deus in Bethlehem detractus, virginē deponit ferream, & ferrea corda hominum, ab Incarnatione sui jam factus humanior, virtute Magnetica Amoris, ad se trahere decernit,

*C H O R U S.*

**M**agneti Amoris Divini cælestes admodulantur Genij, & Zelotis Dei arma, in Amoris commutantes lautes, Pacem orbi denuntiant.

*Actus 2. Scena 1. 2. 3. 4. &c 5.*

**H**is itaq; excita Pastorum cohors plausib<sup>z</sup>, Divini Magnetis virtute, in Bethlehem pertrahitur, & Luporū sub Rupe Magnetis, rabiem, à gregibus avertentes, novo Magnetem Bethlemitum munere cohonestant; atq; ut Magnetē attacti annuli, catenatim trahunt cæteros, ita hivium Amoris Divini annunciantes Magnetem, totam viciniam

ciniam ad eum invisendum invitant; sed effectu prorsus diverso; alij enim, quia pro *Magnete Amoris* divini silices, alij pro *Orientali occidentales*, & alij *Meridionales*, Aquilonaresq; colligunt, in paucis *orientalis*, hoc est, *Magnetis Amoris Divini* virtus eluet.

### C H O R U S.

**S**Omno sopitis interim Pastoribus, cælestes Genij singulorum *Magnetes*, ad triplicem, qui tum apparuisse creditur, Solem examinant, & præ cæteris Amoris Diñi orientalem, seu cui nōmē est Oriens toti orbi commendant. Multorū itē hunc circa inquirendū reprehendunt negligentiam, & è triplici in cælo sole in unū cocunte, & divinitatem illius, & cum unitate Trinitatem ostendunt.

### I N T E R M E D I U M I.

**E**Vigilantes è somno Pastores, suorum accepturi experientiam *Magnetum* armatos ferro baculos sylvis defigunt, & ijsdem singuli, suo *Magnete* tactis, novum feras venandi modum instruunt.

### Aetus 3. Scena I. 2. 3. 4. & 5.

**T**Res in Cælo soles Rex Casparus obstupescit, & dūm se à *Magnete Amoris Divini* in Bethlehem sentit pertrahi, Balthasarem, Melchioremq; Sabæ Reges, simili tractos virtute, & ad eundem Stellâ duce properantes terminum, consequitur. Vixhæc, & rumore novorum Hospitum repletur Jerosolyma, & ab Herode obvio, de *Magnete Amoris Divini* inquiritur.

### I N T E R M E D I U M 2.

**P**Astores ex præda impari, quam venatione sui quisque *Magnetis* consecutus est, suorum inanitatem *Magnetū* deprehendunt, eumq; solum prædicant, virtute cuius tres de Saba Reges sunt attracti.

CHO-

## C H O R U S.

**O**ccasione adeò disparis Pastorum prædæ, cælo dela-  
pla Justitia, diversorum hominum ad Magnetem A-  
moris accedentium corda ponderat, & sub agnina sèpè pel-  
le, rapacitatem lupinam, sub pallio sanctitatis, deprava-  
tam & vitam, & doctrinam multorum vehementius re-  
prehendit.

## Actus 4. Scena 1. 2. 3. & 4.

**A**udiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosoly-  
ma eum illo, & congregans omnes Principes Sacerdotum, &  
Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur; at il-  
li dixerunt ei: In Bethlehem Juda. Tunc Herodes clam vocatis  
Magis diligenter didicit ab eis, tempus Stella que apparuit eis.  
Et mittens eos in Bethlehem dixit, Ite, & interrogate diligenter  
de puer, & cum inveneritis renunciate mihi, ut & ego veniens  
adorem eum. Ab eundibus ergo Regibus, nocte illâ quâ  
Magnetem Amoris Diviniterris creditum intellecterat,  
simul Romæ æternum templum Pacis, non ruiturum ex  
Delphico oraculo Nisi Virgo pareret, corruisse inaudit, sed  
& Romuli illam, cum Epigraphe statuam Non cadet donec  
Virgo pariat, jam suâ cecidisse sponte intelligit. Nova pro-  
inde init consilia, & ferro Magnetem hunc inquirendū,  
abimatu & infra per totam Judæam decernit: sed cassio la-  
bore; allium quippe Magneti inimicum, fætebat Hero-  
des, nec ferro armatus Magneti Amoris Divini adhæsit.

## C H O R U S.

**P**ericlitante in Jordane, Regum Genio, repente Stellâ  
duce sub Rupem appellit Bethlehemiam, & attractus  
Divini Amoris Magnete, Genij Herodiani insidias evadit.

Actus

Actus 5. Scena I. 2. 3. 4. & 5.

**H**erodes novo succensus furore, suos obarmat acris, utq; *Magnetem Amoris* aliquando obtineat, Livore ad-ministro, densius, quam ante Judæa tota ferrū disponit, quod deinde, Stellā Duce, Reges superant, & apertis *Magneti Amoris* suis Thesauris, ab Eodē, uti Magnes præstare assolet, per quem ab oriente traxi fuerant, ab Aquilone fugantur, & viā aliā in regionem suam remittuntur. Nec tulit hanc æquo animo illusionem Herodes, sed sparsis per Judæam, accinctus armis, totam subvertit Judæam, immensumq; Innocentum sanguinem effundit, quo aut *Magnetem Amoris Divini* inveniat, aut certè hoc in san-guine, extinctum crudelius, demergat.

C H O R U S.

**S**uæ non immemor virtutis *Magnes* Innocentum in te-nebris palpitantes Animas ad se attrahit, & novo re-creatas splendore eas ad cælestem usque gloriam se at-tracturum promittit,

Epilogus.

**A**dmiranda Divini hujus magnetis natura spectanda dum proponitur, & florentis hac die Engaddi vincæ botri, & ejusdem redolentis, Myrræ loco, fragrantia bal-sami, & deniq; Tiberiadis Fontis hac die profluxisse cre-ditum oleum, sed infirmis, in medicinam profertur; cùmq; Sodomitæ omnes, juxta Hieronymum, de hoc gustantes botro, non Jubilæum, sed interitum unâ cum Herode Impio sibi obtinuisse, *Magnis* hujus virtute confeccam in Bethlemita rupe catenam, cælestes Genii cælo inferunt, omnes & singulos, si fieri possit, in Annum Jubilæi ad orientem magnetis secum attracturi.

N O -

# N O M I N A A C T O R U M.

Magnes Amoris Divini. Ignatius Scheitt. Nobil. Infim.

Rex Caspar. Casimirus Markievicz. Nobil. Rhetor,

Casimirus Sobkowicz, Nobil.

Christophorus Horvath, Nob:

Jacobus Roszar.

Christoph: Michaëlis.

Franc: Bochenski,

Jacobus Snyurka.

Georg: Vatekovuski.

Matthias Vidkowick.

Arabes. Stephan: Komáromi. Nobil.

Stephan: Budovnicki.

Joann: Rotlauff.

Simon Petrikovski.

Albert: Kurpius.

Bartholom: Ormanice.

Laurent: Sagittarius.

Ladislaus Szinnyei. Nob.

Lucas Kluhoschovszki.

Rex Melchior. Andreas Harmath. Nob: Ung: Poëta.

Adamus Görgei, Nob. Ung.

Casparus Hedri, Nob. Ung.

Salamon Kisner.

Thomas Targi, Nob. Ung.

Joann. Berkovski.

Joann. Dipkovicz.

Petrus Horanski, Nob.

Emericus Kiss, Nobil.

Fabjanus Kofczekki.

Georg. Kiszelius.

Joan. Regulus.

Christoph. Rosza.

Gabriel Görgei, Nob. Ung.

Joann. Malichki.

Johan. Lebocki. Nob.

Poëta.

Gramm:

Syntax:

Princip:

Princip:

Gramm:

Syntax:

Princip:

Rex Balthasar. Ladislaus Körtevési, Nobil. Ung. Sync.

Andreas Hartianus, Nob. Ung.

Paul, Polentini, Nob. Ung. T.M.A.

Laurent. Szuchaki.

Martinus Sombori.

Stephanus Ravasz. Nob. Ung.

Matthias Almasi.

Petrus Saskovich.

Chaldaei Samuel Draveczki, Nob.

Samuel Zaborski, Nobil.

Joann. Dravecki, Nob.

Blasius Tomkovicz.

Caspar. Hedri, Nob.

Ludovicus Tarnoci, Nob.

Matthias Dobovai, Nob.

Joan. Dovorani.

Matthias Margas.

Grammar:

Rex Herodes. Matthias Mokro. Nobil. Rhetor.

Mich. Perinski. Th. M. A.

Joan. Berzevices, Nob.

Steph. Gorgei, Nob.

Steph. Berzevices, Nob.

Petrus Manovski.

Jacobus Snyurka.

Georg. Vateszovszki.

Andreas Marrinovszki.

Matthias Vidkovicz.

R. D. Vencesl. Kiszelii. Nob. M.T. A.

Alexander Jablonski. Nob. Gram.

Matthaeus Zarzecki.

Georgius Kosztolany, Nob.

Joan. Szolakovicz.

Laurentius Saskevitz.

Francisc. Kogliniski.

Georg. Reneska.

Georg. Kopiczinskij.

Matth. Saliternik.

Blasius Boriczka.

Peer: Goreczki, Th. M. A.

Stephanus Budovnicki.

Joan. Urbanovicz.

Alb: Gladeczki, Nob.

Syn: Valent. Grakauski.

Albertus Krausovszki.

Georg: Sartoris.

Joan. Tabanus.

Joan: Beckas, Nob:

Syn:

Syntaxist.

Poetx.

Gramm:

Pasto-

Pastores.	Daphnis. <i>Matthias Mokro, Nob.</i>	{ Rhetor: Poët: Syntaxist:
	Damon. <i>Balthazar Lehoeczki, Nob.</i>	
	Alphafibæus. <i>Joan. Jablonski, Nob.</i>	
	Tityrus. <i>Albertus Skulectus.</i>	
	Damætas. <i>Petrus Ziveckii.</i>	
Genius Herodis.	Christianus Bervualt, <i>Nob.</i>	{ Parvist.
	Georg. Robecius.	
	<i>D. C. Stephanus de Csák.</i> Rhetor.	
Milites	Jacob: <i>Mraz, Nob.</i>	{ Francif. Fekete, Nob.
	Caspar. <i>Ziveczki.</i>	
	Genij. <i>Andreas Basza.</i>	
Genij.	Jacobus Robecius.	{ Joan. Stankai, Nob.
Genius Magorum.	Ludovicus Frelich, <i>Nob.</i>	{ Philippus Heiduk.
Maria.	<i>D. C. Ladislaus de Csák.</i> Gramm.	
JESULUS.	<i>Paulus Tobolinus.</i> Syntaxist:	
	<i>Ignatius Scheitt.</i> Infim.	
Chorus Angelorum.	1. Joann: <i>Tauber, Viennensis.</i> Gramm.	{ Princip: Gramm:
	2. Petrus Fekete Nobil. Poët;	
	3. Stephanus Desöfi, <i>Nob.</i>	
	4. David Bellevarii: <i>Nob.</i>	
	5. Andreas Bersevicii, <i>Nob.</i>	
	6. Ludovicus Bersevicii, <i>Nob.</i>	
Furores	Alexand. <i>Nagylesenyei, Nob.</i> Syntax:	{ Princip: Parvist.
	Franciscus Suabi, <i>Nob.</i>	
	Mich: <i>Repasi, Nob.</i> Gram:	
	Andr: <i>Horvath, Nob.</i>	
	Christoph. <i>Selenka.</i>	
Herodiani	Franciscus Cheginskii.	{ Parvist.
	Georgius Kosmuss.	
	Jacobus Kotlekus.	
	Jacobus Robecula.	
	Joann: <i>Krakovski.</i>	
Herodiani	Joann: <i>Michaëlis.</i>	{ Infimist: Matres
	Leonardus VVarecki.	
	Matthias Faber.	
	Joann: <i>Sartorius.</i>	
	Jacobus Dudek.	
Herodiani	Matthias Sartorius.	{ Matres
	Matthias Debimski.	

Matres	Sigismund: Czernicki, Nob:
Innocentum.	Joann: Horvath, Nob:
	Petrus Incedis, Nob:
	Georgius Laki, Nob: Synt:
	Samuel Bertoti, Nob: Prince:
	Blasius Kemebik.
	Emericus Huszar, Nob:
	Joann: Bechkai, Nob:
	Andreas Bastas, Nob:
	Christoph: Slenka.
	Christoph: Cheglinski.
	Georg: Gladiator,
Chorus	Joann: Trinka, Nob:
Innocentum.	Sebast, Gribek.
	Joann: Soós, Nob:
	Jacobus Dndek.
	Petrus Janek.
	Steph: Görgei, Nob:
	Samuel Kirschner.
	Valentin: Kaffski.
	Joann: Berzevici, Nob:
	Simon Petrikovski.
	Georgius Horvath, Nob:
Sodomitæ	Cassparus Berzevici, Nob:
	Matthaus Zarzecki.
	Matthaus Stephanski.
	Joannes Nagylesenyei, Nob: Poët:
	Jacobus Kolter.
	Joann: Kramar.
	Joannes Manovita, Principist:
	Jacobus Suatkovich, Parvist:
Justitia.	Nicolaus Tarnoci, Nobilis, Grammatista.

Gramme:

Parvist:

Parvist:

Parvist:

O. A. M. D. G. & B. M. V. H.